Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



imaginem: & qui trino gradu
peccati suasione consensu de
lectatione cecidit in mortem: tri
no eleuatus de fonte per gratiam
surgit ad uitam. Per uestem can
didam qua induitur: in morta
litatem quam per primum homi
nem in paradyso perdidimus.
demonstrat in baptismo nos re
cipere: & tunc induitur albis
uestimentis propter gaudium
regenerationis. ac castitatem
uite. & angelici decoris splendo
rem. Crysmate caput eius sacro
per unguitur: & mystico tegi
tur uelamine: ut intelligat di
adema regni. & sacerdotii dig
nitatem se portare iuxta apostolum.
Vos estis genus regale. & sacer
dotale: offerentes uos metipsos.
dō uiuo hostiam scam. dō placen
tem. Statim corpore & sangui
ne dominico confirmatur: ut
illius capitis sit membrum: qui
pro eo passus est & resurrexit.
Ministri primum & non pon
tifex super caticuminum manus
imponant: idō ut nouissime
per impositionem manus sum
mi sacerdotis septiformis gratie
spm accipiat: ut roboretur per
spm scm ad predicandum: qui
fuit per baptismi gratiam uite
donatus eterne. De Illumina
tione cereorum.

Quod illuminatio
cereorum secundum libellum
romani ordinis ex spectat
usque ad agnus dei. hoc demonstrat:
quod unusquisque debet accipere
lumen. per eum uidet qui uene
rat tenebras peccatorum misera
tionis sue gratia illuminare. Hodie
hora nona celebratur baptismus.
sicut in pentecostes ea de causa:
quia angelus dni uenit ad cor
nelium hora nona. annun
tians ei quod orationes ac elemo
sine sue ascenderunt in conspectu
dni: qui mox misit ad petrum:
& promeruit sacramentum
baptismi. Set & hoc certissimum
est: ut quia hora nona auctor
uite emisit spm: eadem hora no
na ecclesia sca percipiat scm bap
tismum. Neque hoc omittendum
est. quod romani infra quadra
gesimam celebrant. vi. scruti
nia. & hodie septimum; In isto
septimo intelliguntur: vii. do
na spc sci: in baptismate data
Quod autem semel agitur baptismus.

80